Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ei. Qui nati fuerint ex eis tercia generatione. intrabit in ec
clesiam dei. Quando egressus fuerit adversus hostes tuos inpug
nans. custodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo qui
nocturno pollutus sit somno. egredietur extra castra & non re
vertetur priusquam advesperum lauetur aqua. & post solis occasum regre
dietur in castra. Habebis locum extra castra adque egredieris
ad requisita nature. gerens paxillum in balteo. Cumque sederis fodies
per circuitum. & egesta humo operies quod relevatum est. Dominus enim dei
tui ambulat in medio castrorum tuorum ut eruat te & tradat tibi inimi
cos tuos. & sint castra tua sanctum. & nichil inmundum appareat foe
ditatis. ne derelinquat te. Non trades seruum domino suo
qui ad te confugerit. habitabit tecum in loco qui placuerit. & in
una urbium tuarum requescet. nec contristes eum. Non erit meretrix de
filiabus israel. neque scortator de filiis israel. Non offeres mercedem de
pstibuli. nec pecunia canis in domo domini dei tui. Quicquid illud de
quod uoueris. quia abhominacio est utrumque apud dominum deum tuum. Non foe
nerabis fratri tuo adusura pecunia tua. nec fruges. nec aliam
quamlibet rem sed alieno. fratri autem tuo absque usura quod indiget
commodabis. ut benedicat tibi dominus deus tuus in omni opere tuo in
tra ad quam ingrediens possidendam. Cum uoueris uotum domino
deo tuo. non tardabis reddere. quia requirit illud dominus deus tuus. Et
si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si noluerit pollicere.
absque peccato eris. Quod autem semel egressum de labiis tuis obser
uabis. & facies sicut promisisti domino deo tuo. & propria uoluntate
exore tua locutus es. Ingressus uineam proximi tui. comedens uua
quantum tibi placuerit. foras autem ne efferas tecum. Si intraueris
in segetem amici tui frangens spicas & manu tua contera. falce
autem non mete. Si acceperit homo uxorem & habuerit eam. & sin
inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam foeditatem scribet
libellum repudii. & dabit in manu illius. & dimittet eam de domo
sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit. & ille quoque oderit eam